

393.

Aus dem Testamente Dr. Wolfgang Schindlers, Professors der Theologie und Collegiaten des großen Collegs. 1538 März 21.

Hdschr.: Copiale des großen Fürstenkollegs fol. 49^b—52^b.

5

Item quingentos florinos Rhenenses do, lego et ordino ad fundandum stipendium pro studente, qui in studio Lypseni perpetuo foveatur, ut qui illud stipendium habet, septennio utatur illo, deinde alio conferatur, nisi collatores ei annos aliquot adiecerint aut
 10 prorogaverint, quod tamen non faciant, nisi evidenter cognoscant, id in profectum possidentis stipendium provenire.

Concedere autem et conferre hoc stipendium habeant primo fratres mei, deinde fratrum filii tres seniores, tertio, iis deficientibus, seniores tres nepotes fratrum meorum, quarto seniores tres Schindleri, postremo senatus in Henrichsgrun per omnia, ut dictum
 15 est de collatione beneficii.

Superattendentes Lypsie de moribus, studio et exercitio predicti studentis sint domini de collegio maiori, qui pro hoc unum aut duos fl. pro refectione habeant quotannis, de quo providebunt et ordinabunt testamentarii. Sint autem hic caute premoniti testamentarii, ut nihil horum, que legata sunt ad supradictam ecclesiam sancti Martini ad Henrichsgrün,
 20 dent aut fundandum legent, nisi prius resipiscant domini et incole oppidi a Lutheranism, et in misso sacrificio catholice et recte secundum vetustum illum ritum tenuerint, quod maxime post terminatum concilium universale nunc Vincentie descriptum discerni poterint, an decreta illius servaturi sint, maxime in veteri ritu sacrificii misse servando ut dictum est. Pari ratione et simili modo fiet cum quingentis fl. qui legati sunt pro
 25 studente. Prestabit etiam res de peccunia causam dilationis, que partim apud debitores est demonenda, et que in promptu habetur, non statim potest locari ad loca certa et indubitata.

394.

30 *Andreas Jahn, Bürger zu Leipzig und Ursula seine Frau bekennen, daß sie an die Collegiaten des kleinen Fürstenkollegs 5 Gulden jährlicher wiederkäuflicher Zinsen auf ihrem Haus, Hof und Garten auf dem langen Graben, für 100 Gulden Hauptsumme verkauft haben.* Leipzig, 1538 Aug. 11.

Hdschr.: Müllers delineatio collegii principis minoris fol. 86—91.